Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti tribue quesumus ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari ut redemptionis tue fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui vivis. Per dominum. Ego enim accepi. Hec mihi causa dominice mensule. Communicabo. et sumam non dubitans. Sed. O mihi omnium iter speranti deus et tu das illis electam in te spem tuum. Ypeus tu manum tuam et omnes omne animal benedictione. Alla. Ymy Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Sequ.

Laudabo yon salvatorem laudabo ducem et pastorem in hymnis et canticis. Quantum potes tam gaude quia maior omni laude nec laudare sufficias. Laudis thema specialis panis vivus et vitalis hodie proponitur. Que in sacra mensa cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim sollempnis agitur in qua mensam primam recolit huius institutio. In hac mensa novi regis novum pascha novi legis phase vetus terminat. Vetustatem novitas umbram fugat veritas noctem lux dilucidat. Quod in cena xps gessit faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panem vinum in salutis consecrauit hostiam. Dogma datur xpianis quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem. Quod non capis quod non vides firmat fides preter rerum ordinem. Sub diversis speciebus signis tamen et non rebus latet res egregie. Caro cibus sanguis potus manet tamen xps totus sub utraque specie. A sumente non concisus non confractus non divisus integer accipitur. Sumat unus sumunt mille quantum isti tantum ille nec sumptus consumitur. Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali vite vel interitus. Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tamen in fractura qua nec status nec statam signati minuit. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittendus canibus. In figuris presignatur cum ysaac immolatur agnus pascha deputatur datum manna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre tue vocationis ut qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tu nos ibi comensales coherides et sodales fac sanctorum civium.